

PETRI MO-
HII SENENSIS DE
RVCIA TV EXILIOQ VE CV^a
pidinis ad Andream Prieurum Patritium Ve-
netum dialogus oppido quam elegans.



PARISIIS
In officina Christiani Wecheli, sub fatio
Basilensi in uico Iacobaeo. Anno
M. D. XXXVI.

PETRI MO-
CHII SENENSIS DE
CRUCIATV EXILIOQ VE . CV^s
pidinis ad Andream Pricium Patritium Ve-
netum dialogus oppido quam elegans.



PARISIIS
In officina Christiani Wecheli, sub fatio
Basilienfi in uico Iacobaeo. Anno
M. D. XXXVI.

ARGUMENTVM
DIALOGI.

Captur Cupido iuuentutis corruptor, uincitur, & ad palum ligatur. Populus omnis ad optatum conspectum effusus occurrit. Accusat Cupido, eiusq; ingratitudines enarrantur, & malitia. Dicitur uinctus ad supplicium, ita iubente tribunitia potestate, qui ad iudices conuersus, ut se defenseret, luculentam habuit orationem. Demulcere Cupidinis uerba tribunos. Fremit populus, in diuersa uota scissus. Virginum, & matronarum ordo, salutem Cupidini exorat. Senes, debiles, transformati, & hypocrita custode auro corruptentes, Cupidinis mortem procurant. Tideus, Tibullus, Catullus, Paris, Cynthia, & Patroclus in Cupidinem uiriliter pugnant. Scipio, Hannibal, Pyrrhus, Democritus, Antigonus, & Diomedes arma in fauorem Cupidinis assumentes, eius liberationi student. Mulieres extremam Cupidinis sortem miserantes, pectora palmulis pulsant. Mulierum una ad alias conuersa, orationem habet. Fit bellicus conflictus, & ob incertitudinem euētus belli, res deciditur ad arbitros. Soluitur Cupido, & ad iudicium ducitur. Quidam contra Cupidinem orationem habet, & furem, faenorosum, & proditore eum appellat; alter uero cum pro uiribus tuetur. Iudicium Cupidinis ex arbitris, ad tribunos, iubente populo, delatum est. In haec uerba in Cupidinem fertur sententia

A ij tis

ARGUMENTVM

*tia. In Cupidinem iumentutis corruptorem exilio ani-
maduerti placet, & si unquam ad nostra fuerit re-
uersus limina, mors pena esto. Pellitur urbe Cupido.*

Lachryma, & gemitus ceperunt omnes: denisi-
fi uultus, non nisi turbulentia loquuntur. Con-
solatur Cupido: & demum iuue-
num, & maronarum preci-
bus pristinæ restituui-
tur libertati.

PETRI MOCHII SE-
NENSIS DE CRUCIATV EXI-
LIOQVE CVPIDINIS AD
ANDREAM PRIOLVM
DIALOGVS.

INTERLOCVTORES, GRAECVS
ET LATINVS.

GRAECVS.



Axime Iupiter, tuq; alma Ven-
nus, quorum munere uit a uiui
tur, auiumule nimis afflictæ so-
lamen transmittite, ô tempora
infelicia : ô flagitiū immancæ:
ô malas artes nostra imbecilli-
tate nunq; perituras . L A T .
Quis hic seuam fortunam patitur ? Quisquis es, no-
men, & causam fare : te pro mea uirili hoc crucia-
tu liberum reddam ô hospes . G R AE . Amice sal-
uis sis, cum nemo uiuens saluus . L A . Hospes huc,
te oro, concede, sede & quiesce . Nulla est tam amara
iactura, quam tempus, & patientia non sanent.
GR AE C V S . Legitimo dolori tempus indulget.
Nam que animum cruciant, haud facile remittuntur : cum spiritus aliquantis per reconualuerit, do-
lorē soluet . L A . Si cordi tuo dulcis alicuius rei
A iij memoria

DE CRVCIATV ET EXILIO

memoria insidet : per illā tuā fidem, dextramq; hanc, quam ad tua iussa libens, & præsto iungo, casus tuos dico . Nam nihil in erumna infœlicius, miseriūsq; inuenitur, quām amicum nō habere, quo cum querarēris, & gaudēas. Verum enim uero, qui doloris nimū tenaces fuere : nec morte soluuntur: nec gaudio letantur : sed tanquam simulacra hincinde feruntur. Ea de re mentem attolle: uirum indue : tenebras coecitatis depelle: erumnas rejice: ad meliorem uitam euigila: casus bifrontis fortuna intellige: alterius casibus tuos solare: & amico fidelī edentes cōmitte auras : breui morula resūp̄as . G R A E. Graue , & archanū quodcūq; sit : ut tam anxie dē precanti concedam , necesse est. Audi: cū Cupidinis ardore omnē morbum superātes sufferre nequirē: ad antrum uallis apricæ soluēdi animi gratia me contuli. Collis est ad lēuam antri, in quo mire suavitatis hortus confitus est: quem diuinus fons uitreo latice uirginis irrigat & respurgit . Mira loci suavitatis pectus, curis sequestratis , locum illum incolere, & rusticari animo statueram. Flores deligebam, speculabar, meditabārq;. Et inter eundum audiui uocem sub tenui murmurē dicentem, Me miserum haurio: illico contremisco : horrent comæ : pauent oculi: querito, suspicor , uideo en duos ephœbos: quos in mala uota pignorauerat amor : nuda humo prostratos, animāmq; efflantes. Propius accedo : heu miseri, clamito, Quæ uos tam aspera fors ad hæc extrema traxit : Ninium mature hinc soluitis . O sacre animulæ

C V P I D I N I S D I A L O G V S

animulæ: ô fida pectora exp̄oscimi ferro: me accingam: aut tuebor, aut sequar, in quod iusseritis. O facies ad omnia composite: ô grata supercilias: ô depiles genæ: ô colla eburnea: ô corpora cœlestia quid rogantē contemnitis? Si qua ardenti face conciditis, dicite, & ipse ardeo : miserere didici, fari ne Pigeat . Hi nihil. Ex fonte riuius emanabat, qui sanguisugas alebat: binas capio: & intra nares utriusq; impono . Sanguinē tātisper puelli excutiunt. Viuit inquio. En sanguis: accedo: humeris miseros impono : ad tuguriolum defero: igne, & falero uitam reuocans. Iuuenis languidum caput attollens, manūmq; apprehendens meam flebili uoce in has miseras, & extrebas uoces soluit . Misericordia: quot cælum calores, baratum, & Ethna souent, arsimus. Vno tempore igne astuosiora, & glacie frigidiora exceperimus. Ad quem ego, Fili lachrymulas compesci: lucrum sedæ: eiulatum cohercere: altum doloris stimulum frange: fare nomen, & necis causam: ad omnia, quæ iusseris, promptum, paratum, & expositum me inuenies. Ego Catullus, hæc mea Leſbia inquit. Lygures huius exangue collum cū palmula tetigissent, quām potuit, acclamauit , Me miserum funditus perī. Heu salutis meæ àchora firmissima mea Leſbia. Heu erumnarum mearum portus tranquillus. Heu pauentis animæ solaciolum. Heu captiuitatis meæ unicū suauit. Quæ fors amara te foedauit, mactauitq;. Speciem gratissimam, & omni seculo ueneradām, colendā, adorandāmq; ad quam dignè extollendā

A iiiij omnis

DE CRVCIATV ET EXILIO

omnis tam greci, quam latini sermonis copia penuria censeretur. Dijs ut placuit, uiximus, arsimus, et morimur: suisit (audi hospes) hominum et deorum uenator allidus: ut ardores infensos solueremus, quo tempore Mercurius Loetho rore frigida corpora respergat: et ad hunc fontem conueniremus. Deceptis tam eisdem nostrarum, quam urbis custodibus egredimur: ferales aliquos euentus imaginati, timiduli regredimur, et quasi in urbe reuenimus, sumus, ambigimus, in diversa uota scindimur, ad utrumque cogimur. Viecula nobis iniicientes dubij: Latona incerta: Venus afferans: timor intimus retrahens. Heu heu fatum ineritabile. Nescij progradimur: uia plana: Lesbia cecidit, et ipse secutus. Omne perculsi, cunctantes gradum firmamus. Puellus ecce totus dicatulus, pulcer, formosus ad obstetricem leuandi partus gratia se simulat, faculam ardente manu gestans: hanc pergebat uia: sequimur: pomcerium leti ingredimur: ad fontem, quod sitim leuaremus, accedimus: laffitudinemque refouentes nostrans sic supra fontem sedebamus, dulciola basiola, et uerbula amatoria iniungentes. Custos pomcerij (mala fortuna) fures ratus, occipitum clava percussit. In felix Lesbia spiritu exalauit. Rissum dedit puellus: faculam in fonte iecit, abcessitque et (nisi fallor) inter frondes, et fructeta latitauit. Hospes quisquis es, si amicus, fontem miserere: si hostis ex exemplo disce, exoratusque hoc muuins extremam coimeter concedent quos diuini amoris cumulus iunxit,

impia

C V P I D I N I S D I A L O G V S

impia, et crudelis non separaret manus. Tegat urna duos, quos unica informauit uoluntas: et hoc breve epigramma nostro iube inscribi sepulchro. Custos clavam: ardor causam: cupidio dolum in necem praebuit. Et si qua miserrorum cura te tangtuuindictam recognosc: et uale mi hospes. En amans, et languens morior. Heu crudele fatum: extra me positus efforor: ut amens uagor: audita, et dolos, cupidinisque fallacias repetto: mete reuoluo: gradum firmo, spiritu nullo flate quarti arbusta, et herbulas uideo: anguem ratus contremisco: ferrum in meam salutem apprehendo, et clamito: quisquis es, aut fare, aut accipe. Saxum erat ingens rapio, iacioque. Caput extulit puellus pulchellus: qui iam iam penitus pedibus additis in altum ferebatur. Fasciola, que pre temporis, et timoris angustia amicti nequierat, pendebat. Hanc capio, ad manum glomero, teneo, detraho, et ad palum ligo. Orat opem miser: hinc forma, hinc mei ardore, hinc cæsorum pietas, et obstricta fides exagtant: animus dubius nihil certum firmat. Haec mecum alternante moestii parcentes nemine comitate loca aspra, deuia, et inculta, desuetaque angulatum perlustrabant: ubi me conspiciunt, Heus bone uir sis saluus, inquiunt. Vidistin forte fortunam duos hic errantes ephœbos, ueste talari, dolore iocondo, capillo sparso, facie locuta. Moestas ut ex ample uoces pietate motus ad loca intima sanguis se recepit. Hos uoco, acceso, et rogo, dicit patres, Quæ causa uite: qui sunt, quos tam anxie, et solliciti studio perquiritis

DE CRUCIATV ET EXILIO

perquiritis? Hos pes. Pudet nominis; pudet cause: pudet, et tardet uite. Credimus omnium coelitum numerum in nostram calamitatem confirasse: credimus angues, virus, et gladium nostre captiuitatis, et non filios in luce editos. Catullus ego et Lesbia infasti generauimus. O quam felix, qui filios: felicissimus, neminem qui habuit. Hi, quos querimus, amore uesano correpti tarda uespera amores insanos fuga faciauerunt. Hos si uidisti: si quid horum nosti, libero locuto ediscere. Vix dicta moerore consumpti in facie proni accidere. Ad quos ego, Miseri patres colubrum non genuistis: sed illos, qui per regum, et maiorum exempla feruntur. Subeat in mentem, quicquid regae egerint uirgines, Medea, Ariadne, Phaedra, quid regia Dido, quid Philis, Quot nostre etatis puellae uirgines, et matronae relictae patria, parentibus, et domo uagatae sunt. Discite aliorum exemplo uitam uestram inserviare: discite aliorum casibus nostros tolerare. Hec Cupidinis flammula coelum domat, deos uincit, filios in parentes exasperat: pias mentes ad inconcessa armat: omnia obnubulat, serenat, et pro arbitratu rompt. In nostra damna suspirio, et stomachans uisa, et audita cum indignatione refero. Cum prima solis hora diem designasset, cysla hac, quam uidetis, solus egredior: celum speculator: nescius hanc, illac discurro, incaute progrediens inter fructeta ephœbos, quos queritis, exiques offendit. Sollicitus amans quoad potui, et gradientem spiritum retinui: nomen, patria, et causam necis mihi

CUPIDINIS DIALOGVS

mihi sciscitanti solus Catullus libera oratione: et in hunc, quem ad palum ligatum conspicitus, omnem culpam retrorquet. Stat animus hunc tribunitiae tradere potestati, quo poenas innocentis effusi sanguinis luat. Prehensa patrum destra, ad exitialis thalami locum duco: ubi charorum pignorum corpora cognouere: pectora pugnis, et facies unguibus percussarunt, deho nestaruntque. Occisorem petunt, quo manes filiorum expient. Renuo, quandoquidem lege prohibetur. Neminem sui ipsius iudicem essest ab lictor. Me iubete capitur cupidus: uincitur, et dicitur, ut fama perlata est. Duxi Cupidinum iuuentutis corruptorem, et occisorem, lascivientisq; turba dominum, et deum. Populus omnis ad optatum cōspectum effusus occurrit: inter lacrymas, et gemitus frementis populi, cōiectisq; in me toruis oculis tribunitiae sistitur potestati. Iubeo ego, qui puellum reum, et contortum presentaram: causam dicere, et ad tribunos conuersus, inquam. G R A E. Semper iustissimi tribuni, invitus, dolorisq; ad hoc dicendi munus accessi, queritus, ne mihi facile contingere, quod supremo illius pectori contigisse tradit hystoria: qui cum luctuosam summi mororis acerbitudinem exprimere non posset: caput Agamenonis ueste inuoluit. Velabo faciem inquam, cunctantib; fauoris casum digne significare nequeam. Tamen gratulor, quod in hoc tam acerbo, luctuosoq; amplexu uobis tribunis fundi mihi copia obtigerit. Quando quidem iure, et merito integratam, et summa

DE CRUCIATV ET EXILIO

mea uestra amplitudini hæc resp. credita est. Hoc dicitur o tribuni quicquid insanum, turpe, corruptum, uitiosum, detestabile, flagitiosumque reperitur, pro uestra prudenter extirpabitur, eradicabiturque. Et quæ furore seculi fissimi iuuenis damnata, corruptaque sunt, uestra sapiencia, auctoritate, et consilio rescindentur. Succenseat mihi nemo o ciues, si pro salute ciuitatis uerba fecero: quandoquidem nec uos aliter pro uestra bonitate in patriam facturos existimo. Hic o tribuni, quem uideatis, uniuersæ urbis uestræ pestis est funesta. Hic quisbusdam uenenatis sagittulis suis totum inficit orbem: nemini parcit, nemini fidus, nemini equus. Quos diligere simulat, odio intesino prosequitur. Rerum omnium concupitor, et spretor est, homicida, sacrilegus, infamis, uerna, pauper, vagus, insolens, callidus infidator ad malum, niue frigidior ad bonum, fronte pius, corde austerus, pollicitis diues, et re ipsa egentissimus, mores corrumpit, religionem prophana, regna euertit, urbes populatur, aliena dissipat, omnia incinerat, ex libertate ad seruitutem homines cogit, incessanter pro cõcessis suadet, ex grauibus leues, ex pudicis lubricos, ex bonis malos, ex religiosis prophanos, ex diuitibus pauperes, ex nobilibus seruos, ex humilibus asperos, et indomitos, ex deditissimis morosos facit. Hic ad cædē o tribuni sep̄ anhelat; ad rapinas, ad sceleras, et ad dolos semper paratus est. Quis tamen effensus, quæ tamen humanitatis expers, qui casu inimici cõspexit, non misereatur? Solus iste, si placatur, indignatur, si adoratur.

CUPIDINIS DIALOGVS

adoratur, induratur. Nemo tam sapiens, tamque rerum humanarum expertus, qui puello ingrato morem gerere posset. Enim uero Cæsar omnium rerum, nisi iniuriarum memor fuit: hic omnium, nisi beneficiorum memor est. Antiqua recēste o tribuni, annales reuolunt, historias perlegite, fabulas digerite. Quicquid est coeli, et orbis, ingrati pueri artes, et dolos sentit. Postquam o tribuni deorum munere id actum est, ut cuitas præda sit, interfectorum manes, et aliorum iniurias suo expiate sanguine. O tribuni dolo huius ciuitatis denigrata est, et familia ad extremum doloris, et infamie deducta. Si hunc superuincere permiseritis, facile uobis eueniet, quod Marco Ciceroni contigisse scriptum legimus: qui cum à furca hominem liberasset, ab eodem propediem interemptum fatetur historia. O quam crudelē, o quam insanū. Et turpe est ingrato opitulari. Sæuiet hæc pestis in nos o tribuni: per ciuitatem, et familias debachabitur: filios uestratos insanire faciet; contra ius, et prius gentem uestrā armabit: manus ad furta, et homicidia: cōponet oculos ad impudica: linguā ad maledicta, et cōnitia: ornatum corporis ad meretricia: et gressus ad inconcessa accōmodabit. Horum flagitorum et censor castigatissimus est. Dij boni, maior pietas est, scelestum, facinorosumque hunc ierdere, quam saluare. Dij immortales ex alto respicite, et rei huic tam honeste fauete. Animaduertite quæ scœua, quam crudelis, quam aspera, quamque inculta fuit hæc cædes. Iuuenes de se benemeritos, quos in ardore

DE CRVCIATV ET EXILIO

in ardore coniunxerat: quo actu deceptos , captosq; mactauit, audite ô tribuni, tūq; cūitas omnis. Ephœbi amantes , ardoris impatiētes cum domo excessissent, pœnitentia tacti ad redditum se accingebant . Lucina sancto proposito fauebat: puerus astutulus obstetricē falso queritans, faulam ardentem manu portans, dux itineris factus est: ad locum neds iuinitos coēgit, & dū grauedinē quiete laxarēt: iustos hortifures ratus, claua innocentes orco misit. Ridens puerus abscessit: Ex ago ipse terris luce reddita speculatum me concessit: uidi en prostratos iuuenes: dues uestros, ô tribuni, bumer impositos ad tuguriolū defero . Animulā iam uadētē reuoco, nomen, & causam rogo: omnia extrema uoce disseruit Catullus: uix dicta exalauit. Misericordia ô tribuni, quod ipse potui, Edepol tribui. O malā pueri naturā Hannibalis crudelitatē superantē. O amores super omnia uota infastos. Populus Rō. Syphacem regem mortuum urbi infensem publico funere extulit , mortēmque honore sepulturæ honestauit. Hic amicos uiuos cruciat , mortuos infamiae damnat: omnia maligne cōfundit, & dissipat. En corpora uestra sanguine respersa, & ferarum ritu immolata . O tribuni: miseri patres quid filiis? quid communes lachrymae cessatis? Hæc sunt pueri artes, hæc ingenia, hæc ludificationes. Dij immortales, ô tribuni quid sibi uult hæc tanta cunctatio, cuiibus nostris negabitur expiatio: quæ etiam hostibus iure negari nō potest. Hac modica expiatione res urbis conseruabit: & hostis pestiferi

CVPIDINIS DIALOGVS

pestiferi potentiam præsentem, & futuram dissipabitis: & memores esfote canem mortuum nō mordere: & si priuata commoda uobis nō tangunt, ciuitati uestræ saltem indulget: parentibus miserefcite: & cautele, ne uestra desidia examinentur, dolore uirtutē suā perate: & afflictæ animulæ exalentur. Deliberate ô tribuni, & hūc ad patibulum duci iubete. I lictor, manus colliga, laqueo caput suppone, & stringe. Moverat orantis oratio tribunos, & moerore cōsumptæ facies . Iubetur lictor puellum uinctum ad suppliciumducere, qui ad tribunos conuersus ait, Necessarium duxi sanctissimi tribuni, antequām ab hoc homine impio, tērrimoq; immoler pro mea apud uos accusacione uerba facere. Sed in hoc rerū amphractu, mortisq; angustijs mediussidius consolor me ipsum, quod in uestra rep. sic semper (ut audire audior) præfuisisti, ut præfuisse sentiant omnes iusti, & qui, & sancti cultores: & dum hic stabit animus: resp. uestra, quæ per maximè floruit, decidet, & arescat nunquām. Nō uereor hoc loci, & temporis pro uestra in deum, & rectū obseruantia (quanquām hostes) nemini uestrum hoc insulso, & maligno accusatore deterior uideri, haberetq; qui pro uirili sua aliquid attentius nō excoigitat, quām uobis me infestū redi. Sed lōgē plus iustitia apud uestrā integratatem, quām passionati animi stimulus poterit. Nolite tribuni de puello innocente aliiquid temerē credere. Nec uofalsa accusatoris oratio, nec fictæ lachrymae, nec incōcessa hypocrisia, nec

DE CRVCIATV ET EXILIO

nec indebita nos affectio decipiatur: sed iustitia, quam
semper pro more coluimus, nos, locumque uestrum te-
neat, possideatque. A seculo vero tribuni non est auditum,
quod in absentem, neque in crimen minime fassum iudi-
cia ferantur. Quid ergo sibi uult haec noua religio?
quis reus, et non vocatur? quis actor, et non legitia-
matur? Quis bonus est praetor, et non labanti iuri
succurrere? quis iustus est, et non aequa lance omnia li-
brat? qui nimium precipites, et sine lege feruntur ma-
gistratus, haud digni censentur. Operae premium est in
rebus gerendis, quod uirum magistratus, et non ma-
gistratum uir deignet. Florius Romanus sua aucto-
ritate sanctam, regiamque civitatem ad internitiem de-
duxit. Si apud uos mactabitur puerus hospes, iubeat
ciuitas et regnum hoc facinus in tabula pictum, preto-
rio apponi. Credite vero tribuni deos omnes in salutem
hospitum uigilare, et astra innocentibus oppitulari.
Ego pastoricus puerus ex montibus ueniens, puerilia
membra calore intenso arentia humo gramineo cre-
didi. Faculam ardenter, cum sim Iesus, lumine gesto.
Nudum, et pallantem, cum me fatear, per noctis tene-
bras, siluestria, et frondes, quibus tegar, et celer, qua-
rito. Sagittulis, quo me a malis tuear, et pennulis, qui
bus ad loca uitios confecta fugiar, utor. Quis fur, et
auarus, multa non conflat? ego Codro pauperior.
Quis regna non potens dissipat? et ego nudus. Quis
absens, et ignotus aliena corrumpt? et ego uestrum
reminem noui. Quis fidem non obstrictam soluit?

Haec

CUPIDINIS DIALOGVS.

Hac tua figura o accuser in animam innocentis
pueri socratica uehementia retorques. Teneat vero tri-
buni proprios poena autores. Non ne apud urbem pa-
rentes periculo capitis cautum est muros urbem inuen-
titum transcedere. Quis docuit Remum transgredi:
puellus ipse an eius cæca dominandi libido? Quis Le-
andro nandi tribuit artem? puerus, an eius effera li-
bido? Quis in parentes filios armavit? ego, an eorum
uorax libido? Quis docuit Philida laqueo uitam fini-
re? eius libido. Quis docuit Medeam in fratrem, et ei-
us domum sacuire? non puerus, sed edax libido. Quis
Ledam tanto regno exceedere coegerit eius libido. Quis
mugientem adulterum amare docuit? quis Iouem no-
uas formas assumere fecit? Quis magnum Alcidem ad
muliebria effeminavit? non puerus, sed uasta libido.
Quis excordem Salomonem reddidit? quis genus hu-
manum in primo parente prophanauit? non ego, sed
cæca libido. Quis uos in scelestos, ueritatemque conuictus
urget? ego ne, an superans libido? Quis hos ue-
stros desideratos ephebos ex urbe exceedere coegerit?
Quis pomorum docuit? quis custodem armavit? ego
ne? Non est vero tribuni, quod de me iuste queratur ne-
mo, sed de se ipso. Tardum consilium: inconsiderata
meditatio: præceptus appetitus: abiecta ratio: inconsulta
circumspectio: et nimium in malum prompta uoluntas.
Haec sunt, de quibus vero tribuni queri potestis. Habetis
quod insanie: quod petulantie: et uessanie: imperfectio-
rum iure ascribere debetis. Vix mihi misero loqui li-

B que

DE CRUCIATV ET EXILIO

quet, uix vita mea innocens à carnifice libera fuit.
Parcite ô tribuni puello, parcite innocentie, & etatis
rationem habete: si in hoc genere deliqui, obtruncatū
me canibus, et inhumatum relinquit, et iam iam in
confino mortis existentem ultam qua placet pena,
animaduertit. Si deliqui, hæc uitalia membra per re
gra tartarea ducat sine requie Charon, neget Proser
pina lucem, et errans spiritus poena æterna plectatur:
me exagent manes, et crediti ignes crucient, nec mä
sero unquam pia succurrat manus. Auditæ ô tribuni,
quis crederet vlixem dolo, et Acacida bello à Tera
site superatos? Occidi ne me potenteres? sefelli calli
diiores decepi sapientiores? Amantes omnia norunt,
et callent: et flens puellus finem dictis imposuit. De
mulcere Cupidinis uerba tribunos, differtur hæc tanta
moles, quoad ciuitas senatus cōsulto aliud determinet.
Fremebat populus in diuersa uota scissus. Sum uisus
uidere filios Astrai in louem conspiratos, furijs om
nia concuere. Flos iuuentutis gregatum cupidinem sa
lutabat, bonoq; cum animo esse iubet. Virgneus, ma
tronatusque ordo agminatum iudicium tolli clamat.
Hincinde cateruatum multi prodibant, Cupidinis lau
des recententes. Tribuni, quo tumultuantem ciuitatem
sedarent, bonam sibi esse mentem de puello nunciant.
Abire, et plaudere omnes iubet. Seniores, stegmatici,
debiles, transformati, et hypocrita futurum incendiu
rati, necemq; puello meditati, auri pondo custodem
Cupidinis in sua uota traxerunt; et noctu uincta per
posticum

CUPIDINIS DIALOGVS

posticum fune clanculum dimiserunt. Ciuitatis custos,
qui stationes uigilum pernoctando circuibat, hos telo,
clypeo, & uoce adortus est, inquiens, O uos tandem
arma ponite: nomen edite: et tribunitie parete pot
estati. Fit murmur, in coronam cōglobati exiliter re
sistunt, abire custodem rogant, renuit: dolo's ratus, cla
mat hostem muros habere: profiliunt ex stationibus mi
litæsterga dantur: arma proiecuntur: azimū pudore cō
sternati, saluti fugi conjulunt: currentes pectora pe
ctoribus percutiebant: alij capita muro collidebant:
alij cruribus trabes offendebant: ciuitas clamoribus
conflagrabat, gemitisque ardebat: suffiria uelut lous
fulgura excipiebantur, ruunt ex domibus omnes. Vi
debar uidere equum Troianum, partum malignum
effundere. Nescia turba ad forum se conferebat tribu
vorum iussa aspectans. Interè tribuni lictoribus, &
fascibus constipati, ex arce, que urbi dominatur, descē
dunt, reuinctumq; Cupidinem, puluere respersum, pu
gno, & calce perunctum, atro carcere custodiēdum,
obseruandumq; designant: publiceque edicitur: uita am
Cupidinis ferro decernendam: et que pars superior
erit, eius iudicium uitæ, & necis esto. Interè que pri
ma Cupidinis incendia senserant virgines ad uota
amantium expositæ, oculis, manibus complicatis, nuti
bus, lachrymis salutem puello orabant, quarum cor
da igne coeco astuabant. Matres, omnesq; familiæ piè
suadebant piaculū puelli haud loui gratiā fore. Que
futuo, in concessioq; igne adurebantur, per phana di

B ij surrebant

DE CRVCIAT V ET EXILIO

scurrebant, flanunes deprecantes, ne urbs innexio pollueretur sanguine. Lasciuia iuuentus armis, & clā more signum dabat in id, quod tam anxiē petebatur: huic flores, munuscula, & tabellæ dabantur, remittabanturq;. Vnquamq; donus fonsella longē plures, & pernicioſiores scorpcionarios habebat, quam rex Parthus. Omnes sagitulis armati inaegebant. Vulnera dabant, recipiebantq;. Quante populo Cupidinis, letatur, potatur, saltaturq;. Interē miles, qui nocturnos fures turbarat: ad iuuenes toruo cenuersus supercellio ait, Quid aliena lasciuentes surripitis, quasi ueſtro munere uiuat, qui hac dextra feruatus est: Atra mat ira manus, & indignatio animos. In cōtraria uota facta iuuentus, Cupidinem honacidam, & matrem detestatur. Mori hūc faenorosum publicē debere nū dat. Timidule puelle à feneſtris se retrahunt: domus secreta petunt, lachrymis abortis; pectora pulsant: auratas comas laniant: iuueni male constanti fidendum minime censem: tribuni senatum in arcem cogunt: cōſilium reponunt, iurgia militis repetunt: magistrum exequitum accersunt, & iubent singulari certamine experiri, cuius sit cupidinis uita futura, militis, an ciuis. Operæ preciū est uiros deligere, qui hoc armis, & uirtute certent. Placuit tribunorum iudicium: & senatus decreto delecti sunt sex ciues, Tideus, Tibullus, Catulus Paris, Cynthius, & Patroclus: qui Cupidinē perderent. Magister, equitum pares dixit Scipionem, Hannibalem, Pyrrhum, Demetriū, Antigonum, & Diomedem.

CUPIDINIS DIALOGVS

dem. Postridie electi ad certamen conuenere paribus armis, & animis. Nec similes heros sensit. Laomedon, nō Colchos, nō Cyrus, neq; Darius. Nō aliter superbant in armis heroës, quam Iuppiter in throno, & Phœbus in curru. Sub oculis omnium furca aurea erigitur: ducitur puellus uinctus manibus, candida ueste: ſparso aureo capillo, hoc armē cantans, Qui cœlū domuit, opem orat. Forte omnes in ſpealib; omnis statuit matronatus: uirgineusq; chorus omnesq; iuuenes extremam cupidinis fortem miserantes, et peccora palulis pulsanteſ clamabant. Heu heu mala, & infelix tempora: heu ſeculum leuiatis, & ſtutitiae plenum. Humanitatē, neque uirtuti locus, ſed impietati, & uitio. Exulant ab urbe publico ædicto, omnes uirtutis zelatores: in predo ſunt flagitiosi, & mali: concultur, deperditur, & ē terra leuatut innocens puerus. Mulierū una cōuerſa ait. Quid ô meæ cōmilitones agimus? quæ mens? Quis animus nobis? Haud nobis ſine cupidinē uiuendā eft. Laeritem filij absentia ſemper ruficatum legimus. Et Achillem poſt cæſum Patroclū uitam aſternatū. Longè melius, & laudabilius eft uitā ſine amicis, & natīs, q; ſine cupidine ducere. Hic cæcos illuminat: amenites ad mentem reſtituit: debilibus fortitudinem praefat: diſcolis disciplinam: rudibus mores: egentibus diuitias: pallantibus regna tribuit: meritò omnis etas ei debetur. Quis uiuens, & ſine cupidine eft: cum eo ô cōmilitones mee operamus: Marti gradiuo, Veneriq; matri uota perſoluamur:

B iij fidemque

DE CRVCIATV ET EXILIO

fidēmque astringamus nostrā. Quod si miles uictor euā serit, medio eū sinu amplectātur, foucamūsq;. Dolor iste ad insaniā, ad laqueū, ad necem, & ad infernū me impellit, cogitq;. Eamus intrepide, & cum eo moriēte moriamur: & uitā uiuente uitamus. In hunc modum parentante matronatu cupidini, phalerati, cristatique procedebant sonipedes, auribus, & pedibus bella ciētes. Alius serpentem, Leonem alter se gerebat. Cristat & galea, aurea scuta, uestes talares akro, & serico orientali contextae, omnia uallabant. Qui fauori Cupidinis erant, albo serico: qui neci, coeco uestiebātur. Firmitate rerum ordine quisque in stationem suā se recipit. Dato signo certandis: miles, & ciuis arma fulgetia capiunt. Clypeati procedūt, equos calcaribus ugentes, nec minore impetu ad certamen gradiebantur, ac si de uita uniuscuiusque ageretur. Ad primū congressum fractæ hastæ, dirupta galea, & humeri imemes apparuere. Inferior Scipio iudicatus est. Rorabant maliebres ocelli, ac si omnīs familie exitum spē classent. Mœsta ora tenebant omnia. Flens puellus ad primū scale gradū religit. Secundus congressus paruit. Firmatur, aliquanti spē amantum, animus. In tertio congressū miles lancea transfixus, equo concedit. Ascende ô Cupido inquit lictor, te supplicium manet. Hasta firmissima, equo potente, manu robusta, effero animo ruit in Catullum Pyrrhus: quem equo deiectū ita collisit: ut pōdere iclus anima nō efflarit. Omnia leētie, & gaudij plena personabant. Descende acclamatur

CUPIDINIS DIALOGVS

natur ô Cupido, tibi iure debetur salus. Hinc amor, hinc ira pugnantes armat. In Demetrium fertur Pegasus: cuius palmulam tam acriter transfixit: ut dolore uirtutem superante, certamine excesserit. Renouatur dolor: iam medium scale tenente Cupidine fit ciuis superbus, & miles excandens. Cynthius militari uafro que astu usus, in modum arcus lanceam flexit: & inter galeam, & scutum Antigoni ita letaliter firmauit, quod uita excedere coactus sit. Iam clanculum militem stationarium subornauerat dolus muliebris: ut in ciues omnes gladius stringeretur: praeceps militaris omnia fuerent. Armatur, clamatur, irruiturq;. Summitt scale possidebat Cupido: funēque ad lignum circumducto nil aliud, quam feralis exitus aspectabatur. Spes omnis aberat: ferro militari salus Cupidinis acquirēda erat. Ad cēdem utrīque curritur: tribuni paci & tranquillitati canere iubent: et si quisquam gladiū eduxerit, piaculū esto. Ultima spes amantum in Diomede referriabatur, qui cum paucula ad Venerē orasset, clypeo testus, stricta lacea, caput Patrocli terra transfixit, et spiritum orco immisit. In tanto certamine Mars dubius, nec certa uictoria. Statur, clamat, et ambigitur. Meus esto exultans clamat milles: meus erit munitans clamat ciuis. Senatus decreto, res ad arbitros delata est, qui duos dixerunt, Flaminem Iouis, et Hypocritam quendam. Soluitur Cupido, ducitur, et ad iudicium ficitur: precibus pulsantur: oratione flectuntur: pecunia corrumpuntur;

B. iij passionibus

DE CRVCIATV ET EXILIO

passionibus iactantur, agitanturque. Caput Calidonij
Apri ante oculos ponitur iudicium Paridis memoratur.
Hinc populi metus: hinc arma militaria: hinc lachry-
mæ muliebres, et iacula ignita. In tanto rerum di-
scrimine senatum rogo: datur, admittor, et in hec uer-
ba locutus sum. G R A E. Plato ille diuinus ô tri-
buni, et uos omnes, qui adestis, longè deteriorem, qui-
uoluptatibus superatur, quam qui doloribus frangitur,
dicebat. Enim uero Alcides uitâ suâ doloribus, quam
uoluptate obire maluit. Hæc duitates dissipat, uiros ef-
femina, ingenia cōfundit, et obtenebrat. Dicere sole-
bat Scipio, longè maius periculum esse ab circumfusi-
onide quam uoluptatibus, quam ab omnibus mundi ar-
matis militibus. Liberare ô tribuni duitatem hac pe-
ste, et dum uestræ facultatis est, hoc incendium extin-
guit. Hoc loci pietatis opus est uideri. Nūdatum est.
Achius post diruptum, excisumque superbum Ilium,
fore Astianatem puerū, si superuueret, Suam patriâ
ulturum. Credit Græda, et inuentum puerum turri
præcipitauit. Si uati credidisset Priamus edito in lu-
cē Alexandro, staret Troia. Credit tribuni, nisi hūc
uita priuetis, semper uobis, et urbi uestræ exitio erit;
Et quod ultimo Assyriorum regi contigit, uobis faci-
lē eueniet. Ad uindictam (ut uidetis) duitas anhelati:
qua moribus et uirtuti studet. Miles, qui licentia ata-
tendit, ad hunc facinorosum conseruandum, protegen-
dūmque nititur. Longè enim dexterius uobis (nisi prua-
dentes fueritis) quam Sabinis eueniet. Estote circun-
specti:

CUPIDINIS DIALOGVS

speciū uno uerbo, uno ieuu omnes saluos facitis. Si hunc
ille sum, custoditumque dimittitis, mores prophanatis,
et uos metipos cupiditatū captiuos facitis. Apud uos
ô tribuni disceptari uideo, quia animaduersione ple-
ctendus sit flagitosus iste. Si memoria nō excidit, apud
uos optima inoleuit religio, ut cruci fures affigan-
tur, falsarij igne concrementur: et proditores equo-
rum cauda membratini discerpantur: et facinorosorū
cineres, ne terra polluantur, uento prosciuntur. Et hic
est fur, famosus, falsarius, proditor, et facinorosus. Nul-
lum genustormentorum tam exquisitum est: quod ad
hunc dignè plectendum sufficeret. Agite in hunc fa-
cinorosum omnes, qui iustitiam colitis. Vix dicta, quā-
do alter edito suspirio, et oculis ad cœlum leuatis sic
ait, Patres nostri ô tribuni, uosque astantes: qui
urbes cōdidere, legibus eas honestarunt: quibus uitam
politican uiuimus: et in primis mandauere deū colii:
iustitiam sectari: et hospites uenerari, ut ciuitas bene se
haberet. Videite ô tribuni: et uos, apud quos iudicium
delatū est: si hūc immolatis, in omnibus, patribus, legi-
bus, et institutis aduersemini. Hic puer pro deo colit-
tur: et temeritatis humanae est, uelle deum iudicare:
iustitiam offendit, cum minime iudices sitis; iura ho-
spitiū uiolatis, cum quid inhumani facitis, et parum
cōsiderati. Auditæ ô iudices, lege ægyptia scriptū legi-
tur, ut si quispiam hospitiū fauori dum posset, nō esset,
capitus reus censeretur. Et falso quempiam accusans
poenam accusati subire iubetur. Credite indices deos
hæc

DE CRUCIATV ET EXILIO

hec crudeliter ulcisci. Quanti sunt hospicia facienda, apud præconem euagelicum Matthæum legit. Quæ gens nisi Thrax hospitū rationē non habet? Et uos ô iudices, cùm Romani sitis, crudelitate uos Thraces fatemini, si hæc feceritis. Laomedon cùm hospitibus impedimento fuisset, uita, et regno priuatus est. Paris cùm Græcorum hospicia uiolasset, ad extremos cines res cum patria deductus est. Et qui angelos hospites dehonesta re enixi sunt, acri pœna dominū affecisse sacra hystoria cautum est. Nō tulit Campanus hospes Hannibabem inter mensas, et pulásque de medio tolli; ne uis hospitiū per eum uiolata relinqueretur. Vide te ô iudices, ne culpā uestra urbs hæc desoleatur. Puerus peccati nescius, quia faculam portauit, expiabitur? Si hunc ultima poena persecui animus est, quid faciēdū existimatis raptoribus his, qui muros ciuitatis noctu adorti contra urbis statuta sunt transgressi? In hos seuiendum, animaduertendūmq; est. Parcite etati, parcite innocētia, parcite ciuitati, et uobis ipsis, manusque uestræs hoc tam innocētissimo sanguine nolite polluere. Ciuitas hæc non uirtutis, nō iustitiae amore: sed militari odio accensa neci huic immerito studet. Enim uero diuinus est noxiūm absoluere, quām innocentem damnare. Voluit orbis conditor, si memoria tenetis, urbes peccato pessimo obrutas pro paucis innocentibus saluare: et uos pro uno malo, patiemini innocentem perire. Vos uos ô tribuni pœnitent, hunc hospitem uerbis placate, culpā in accusatorē refun-

dite.

CUPIDINIS DIALOGVS

dit, muneribus condonatum abire iubete, populum hunc soluite, contionem dimitte. Hi tumultus, et arma, quæ uidetis, in capita uestra ô tribuni seuiunt, si tumultibus, et congregationibus parsim fuisse, staret Roma. Stat atrox miles, et populus fremens. Video hanc uestram urbem funditus interituram, si aliter, quām dictum sit, feceritis. dixi. Imbellis tribunos timor inuasit, et populum precibus pulsatum dimisit: dixeréque omnia propediē exactissime curaturos. Iudiciū Cupidinis ex arbitris ad tribunos (populo iubente) delatū est: quod in hæc uerba pronunciatiū est, Cupidinem iuuētutis corruptorē exilio animaduerti placet: et si unquam ad nostra reuenerit limina: mors pœna esto. Iubente tribunitia potestate, uirbe pellitur. Nec mora, ut terga dedit, lachrymae, et gemitus cepere omnes: postridie demissi uultus turbulēta loquebantur: moesta corda non nisi amara cogitabant, pronunciabantque. Vnusquisque iuriose aspiciebat uultu. Curis suspensus ut me uidit amicus, hospes inquit, Quid sibi uult habitus fordidulus? quid macies? quid dimissa facies? oculus lachrymarū prægnans capillus imminundus barba peruncta? dēns spurcissimis os foetidū lingua fordia: palatū corruptū? omnīaq; membra foetorem sapiēta? Ad quem ipse, Viuens morior. L A. Exultans expulisti, gemens patere, alterius ulti factus te ipsum perdidisti, exanimastiique. Enim uero melior est, libera seruitus, quām amara libertas. Imbecillis ingenij natura comparatum est, ut salutaris

DE CRVCIATV ET EXILIO

Salutaria queq; aspernatur, et officiosa precio emātur. Non est, quod iustè queraris, quod cruciferis, afflīcteris, rumparisque. Nemo dignè eorum fit auctor: & reprobator. Que uoluisfi, patere: in tua precordia ferrū uertisti. Satiū fuit aliquando angustiari, quam semper torqueri: & si aliquādo amantes agitamur, letamur utique. Bellum cum puello ratus nibil extenuisti. Succurrere debuit potenter Goliā puerū pastoricū hebreū, & sauum Hannibalē Romanos fugasse, strauisseque. Nō corpus, sed uirtutem cōmensurari, decet: ad pauci attendens plura, quam expeditat, dixisti, fecisti que. In memori illius, quod dici solet, omnia tempus habere, et nullum tam fractum cōstrū, cuius opera pro tempore nō profit. Medicinā aspernaris, & cupis sanus fieri. Si peregrinatum iri per amoris plagas animo statuisses, furor tuo pepercisses, intellexisque que ad usum amantium conducant. Hęc humani est ingenij unica beatitudo, presentia tueri, præterita obseruare, & futura sagaci cōsideratione præuidere. Quis tam sapiens, tamue circumspectus, potensque, quem amor non frangat? poculum Circes bibit Ulixes socius, & immutatus est: Stellam diuinus Plato: Alexim Orpheus, Mātuanus clamores depereunt; Cynthiam Propercius, Corinnam Sulmonensis: Deliā Tibullus: Daphnem Phœbus ardent: ne c desperatum legimus. Nemo uirtuti sua tam fidens unquam fuit, qui magnitudine numinis territus colla nō summittat. Nūmum es ausus; nūmum scuisti; nūmum elate pro-

cessisti

C V P I D I N I S D I A L O G V S

cessisti. Hec est illorū conditio, qui pro suo arbitratu, quō se malus fert impetus, ducuntur. Nec aliorum doctrina, nec exemplis unquam resipiscunt. Qui audētores uideri uolunt supra id, quod ratiō, locus, & tempus exposulant: haud ſcelicem uitam uiuunt: sed longē miseriores Herictone, & infeliciores Ixione ſe reddūt, aliquid ſibi ferali ſemper metuentes. Si ſapis te ipsum collige. Nō est tam graue, pefſerūmque uulnus, cui prudens medicina non oppituletur. Bonus eft puer, faculā portat, ut errantes illuminet: ſagittis uitur: ut de ſe benemeritos ueat. G R A E. Me miserum, temere, & meo uulnere cōcidī. Non Iouis fulmina: non deorum ira: non terra hiatus: non baratri crediti ignes ad me plectendū ſufficerent. Qui primi Iouem bello adoriri nitebantur, cum ſemine ſuo interiere: & deum minus reuerenter ſuſcipiens Licetion, in lupum cōuersus, pœnas temeritatis luit. Longē his ſeniora ausus ſum. Grauis erat cura, qua adurebar: Sed longē grauius incendium, quod corde gero. LA. Imbecillis animi eft, cura carere. Nemini, niſi ocioso, & desidi debet eſſe occurrentis temporis ſoliditudo onerosa. Repone (ut uiuas) illam, quam amaritudinem uocas. Nam ſepiſculē reſculis dulciolis reſpirant inuenies. Et ſi aliquando lamentis ciuat, in mediocrē ſemper partem fertur, nec iurgio, neque baulo rumpitur puer: qui ſemp misericordi didicit. Hec rerum mutabilitas ſapienti ferenda eft. Eniuero ex rerum diuerſitate, prudentiſ uiri firmatur animus, &

ad pers-

DE CRVCIATV ET EXILIO

ad perficiendum hominem utilis est. Nam hæc sunt dei uiuentis munera, ut letemur, angustiemurq; Hæc sentiens Matuanus dicere solebat, Forsan et hæc olim meminisse uiuabit. Cæsar cum pronuciasset, iacta esse aleam supra uotum, et spem, perpetius dictator creatus est: et Demetrius fortuna si actus ad meliore postea aspirauit: Hæc est humanarum rerum conditio, ut stabile, firmumque nihil, neque tam debile fractumque reperiatur, quod firmari, et frangendo possit. Nihil bac mutabilitate præstantius, nihil uiro penè diuino accommodatius reperiri potest. Nisi agitur remur biformis fortune iaculis ignitis, felicitaremur nunq;. Hinc in altum erigimur, et supra nos elcuamur intellectu firmamur, pacimurq;. Quod digestum est, rursus incipit: incepta finiunt, et finita reuiniscunt: alta imis, ima altis miscentur, confundunturq;. Et qui ratione mouentur, hæc non curant. Coelum, terra, et mare fluctu, uentóq; concurrentibus concutiuntur, lumina patiuntur: deinde ad cōcordiam omnia reducuntur. Idem qui fulminat, et pro arbitratu screnar: nulla fortuna (qualiscumque) perpetua est. Vides laudatum, decantatumq; Vlixem, comitem semper habuisse prudentiam. Huic si adhæseris, omnia secunda succident. G R AE. Quid consilij amice affers? L A T I N. Ut uiuas. G R AE. Sine spiritu. L A. Qui sine spiritu agunt, haud uiuunt, et minime craeliantur in malis. Nam ut uidere uidcor, plures genios nutris, in salutibus uero nemini. Si sapis, huius loci

CUPIDINIS DIALOGVS

loci curis sequestratus uitæ uiue. G R AE. More physico, febrenti contraria suades. Quid tuguriolum cum turba? quid affluentia cum inedia? quid gaudium cum tristitia? quid mœror cum risu commune habent? Hæc uia, quam summopere cōmemoras, quid mihi emolumenti afferre potest? Nimum contra me impias manus obarmavit Cupido, qui postrema lascivia, furore uesano, ira, ardore zelotipia uiscera mea depascitur: et nisi me ad gratiā restitutum sensero, haud uiuam. L A. Vide, ne nimum curiosa intēperantia utaris, et quem placare studes, exasperes. Caliſthenem philosophum spiritu carere iussit Alexander Macedo, cum ipsum iniuctū ad macedonicos mores reuocare cōtenderet. Toleratia, munere, moribus, et tēpore, exasperans nimis placatur ira. Aulide remorata classem breuis expiatio soluit. Audī poētam diuinum sic disserentem, Sunt faciles superi, precibus flectuntur.

Et idem,

Sacrorum nidore pio placantur, et ipſis
Nimurum uotis hominum: quæ si quis in illos
Errarit, ueniam rogans concepit in aris.
Enim uero priuatis, et publicis: uiuentibus, et mortuis sacrificia, et Telete purgatione, et salutē afferrunt. G R AE. Nō philosophorū patiētia, et quanitatisq; non Hæbreorum holocausta, non Atheniensium mores, non anni solares, non quod Roma, non quod Carthago, quod Mida, Cœesus, et Cyrus aurū posse derunt

DE CRVCIATV ET EXILIO

derunt in mea uota irati dei iram flecterent. L A.
Mi hospes. Que tanta est indignationis causa? Men-
tem te obseruant aperi. G R AE. Amice si de-
lectabilia mentem adiuuant, delectantq; tristia exul-
cerant, et excedunt. Nam isthec remoratio uulnera
reuocabit: non me urgeas, precor. L A. Hospes,
quod digestum est, facilius emittitur. Sinas precor
te amari uirum nactus es, cum quo gaudere, et tri-
stari licet. Dicito que tantarum erumparum causa.
G R AE. Amice, epistolium amoris scriptitatum
cum suauio meo misissim, in quo meos decantabā ar-
dores: et nocturnam pro more uenereum collectatio-
nem rogabā, uerne inopia mentis laboranti, sed aliter
fideli, obsignandum comendaui. Id, quo funditus peri-
rem. Verna amisit, quod ad manus iuuenis peruenit:
qui illico per subornatam mulierculam lenam meo
nomine reddi iussit, nec discessit, quo ad rogata et scri-
pta impetravit. adulter noxoris horam obseruans, ho-
stium pulsat, signum amatore nunciante. Nimium ar-
dentem adulterum hospitio, thoro, et amplexu mulier
excipit. Domum suam tardiusculē, quam scriptum
fuerat, peto: clausas fores cōperio: sinistri aliquid ac-
cidisse ratus recedo: scala humeris imposita redeo:
fenestras pessulatas sentio: gemens, et eiulans corpus
laſſum firmo: pudicitiam mulieris laudo: tarditatem
accuso: alienos amores metuo: infidias formido: interce-
ptas literas sufficor: igne domum adoriri placet: ira
uinco: ferocitatem mentis depono: mihi impero, adulor
et irascor

CUPIDINIS DIALOGVS

et irascor. Dum animus ad diuersa fertur, ad dos-
mū propriā me recipio, uernā accesso, et interrogō,
cui epistolium consignasset mecum. Miser abortis la-
chrymis amissum ingenuē factur. Per caput uagatus
enfis, uita cum priuauit. vias, et angportus lustro,
ad locum lachrymarum reuenio: iam Phœbus inter
aureos fratris sinus, cornua pallēs recondebat. Quā-
do dulciolo Glycerij meæ amplexu expeditum adul-
terum per posticum exire cerno, me ipsum sum ui-
sus uidere. Nam tali habitu, et incessu gradiebatur
simulatus ganeo: formam assumperat meam: simula-
crum ratus faciem contraxi, amens restiti, dolore, et
timore concitus, quanto citius potui, ferrum per ilia
dimisi, nec mora, animam efflauit miser. Autiore ui-
su manūq; sagaci hunc spealor, epistolium in manu re-
perio: dolos mulieres commentatus, aliquid dicturus
dissimulans, domum suam irrepo: descendit, ut dicta
libens ausculturaret, causam tam subiti reditus anxia
rogat: sedens ipse contremisco, adulor, pallo, uerba
imperfecta pronundo. Admiratio Glycerium cepit,
que genibus aduoluta meis, uerbo, et osculo solaba-
tur, secretiq; mei participem fieri exorabat. Et quo
me in risum adduceret, nocturnæ collectationis om-
nia singulariter recēsebat, et dixit, Labia mīles cō-
fani, et, mecum (quoad uixero) representabunt amo-
ren, dulces amplexus te haud immutare debuerant.
Dilige meum amabō solare, et plaudē precor. Ipse
ego ut Priami coniunx, efferatus auream eius comam

C manu

DE CRYCIATV ET EXILIO

mariu apprehensans, accephalatam humo reliqui. Truncum illum ut confexi, irriguere come, caligauit uisus, et corpus exangue, ut ecrius vulnere confosus ad antrum se recepit, quo doloris immanitatem aliquantisper sedaret. Principio quietis sensi uagantem umbram, quæ diceret, Græcole dij te, ut Tantulum felicitent, pœnasq; lucis serò me uisurus es. Minime uoce exterritus, quis sit, interrogo. Tuæ Glycerij Genius sum inquit. G R AE. Quid affers inq; Glycériū, Quod optasti, amor, et sonū, hostes semper habet: et ubi edita uita remeaueris, genius te possideat manus: et sic est quicunq; ingratias uices rependit. Expergefactus, cœlum, terrā, et fatū dæfstor, manus gloriosos uocito, et sicut umbrā uocantis numinis instinctū sequor, et paucūs anime dolorē sentiēs, morte exoro, quæ sola solatiū prestatre potest: nec uiuēs, nec moriēs hanc uitā duco. L A. O nimū inconsultam amatis, immo furentis rabies. Quis docuit Veneris furta, et quæ sub lodiſ aguntur, epistolo mādare? Quis docuit que noctū, et sine arbitris gerūtur, referare? Cum de arcano Metellus interrogaretur, respondisse, fertur, Si scirem tunicam mei secreti consciām esse, ipsam cremarem. Enim uero plures lingua, quam gladius uita, et honore priuauit. Quid dulcius est quid suauius? quid diuinius amanti contingere potest, quam coram gesta, et amores referre? Nam confabulatum iri, coeleste munus est. Dulciola uerbla ipsam Venere, et iā collapsata adiuuant, uiuenē occidisti, quem nō obstricta

CUPIDINIS DIALOGVS

obstricta fides, sed tua ignavia, loci opportunitas, et mulieris forma adultrū fecere. Artē cū calleret, tu docuit. Multū ei debes, qui te solertē reddidit. Casar cū de pellicatu Pompēi, deque turbatis ceremonijs Clodium accusare posset, renuit, tacitque, satiū ducens ab uxore diuortere, quam iuuenem amoris astutiam perire. Adulter, quem occidisti, quo inconcessam, inexplicabilemque satiare libidinem, multa noctis pericula, et incommoda obiuit. Mulieri, et familię ignote temerē se credidit. Facilē ei contingere potuisset, quod Tarquinio Lucretiē flupratori euensis scribit hyftoria. Petulantia, et etiā quibus nimium fauet Venus, indulgendum fuit. Ad penē mortuam accessit Gænus, falsus, adulter, homo incompositus, temeritatis, et licentiae plenus. Sed quid non lascivia, desumansque libido? Sed cor amoris astuans in uerum amorem nos conglutinat: noctū mulierem dolo opprescit. Nihil interest, ac si in somnis cognouisset. Paulinam Mardonius Romanus cū cognouisset sub specie Anubis, dei auxilio à Cesare multatus est, et maiorem pœnam uichemētia amoris exasauit, nec à uiro propter eā re pudiciata est. Longē plus potest lachrymula, gemitus, suspirium, uerbum, uox, nuncius, et munuscum, quam omnis furtiva uoluptas. Quod Ganymedem Iupiter rapuit, uirtuti non datur, sed quod ultra exhibetur, miris laudibus effertur. Nam labore, et ingenio farta, generi, et etati cariora, et stabiliora sunt: furto sublata, facile labuntur. Hunc pro tua dignitate

C ij illæsum

DE CRVCIAT V ET EXILIO

ille sum abire si iussiss es, Cæsare maior eras, qui Sexetum ad Pontificatum adhelantem, & in eius necem meditatum, muneribus cōdonatum à se dimisit. Tuam Glycerium, quam unicē amabas, saluare debuisti. Nā bello decennali repetitam, & stupratam recepit, et magnificit Menelaus. Et Sabini raptas suas, sanguine, & dolo repeabant: quia peccata, que animi cōsen suarent, haud criminī dantur. Lucretiam ui adortā, et violatam, ut superiuueret, magno labore, & amplexibus, & lachrymis pater, & coniux orarunt. Et hanc tua culpa cognitā de medio susfulisti. Enim uero Pyrrhum Epyrrhotarum regem imitatus es, quem in acquirendo maximē, in conservando uero aptum minimē fuisse scribunt. Nam cōsummati ingenij plus est conservare, quam acquirere. Vernā mentis inopin perdidisti, cum diuinī sit animi potius affectum, quam effectum pensitare, in quo quidem genere Parthorum reges maximē efferruntur. Et quō omni te flagitorū genere obrueres, Cupidinē exilio plectendū curasti. Quis sapiens, compositusque, qui in superos excandescat? Mezentium deorum contemptorem peccas meritas luisse apud Maronem cautum, scriptūmque legitur. Et hēc idem Achillem in Apollinem, & Fluuium imprecatum tradit Homerus: Propterea deorum ira in facello turpiter oculuisse fertur. Quis deorum preter Cupidinem cœlum, terram, & omnia domat, & uincit? Quis effrum, seu unque pectus Elisse preter Cupidinem dā
muisset?

CVPIDINIS DIALOGVS

muisset? Qui si absuisset, haud staret Roma. Quis Argonautas seruare potuisset? Quis Theseum ex Crete adduxisset? Quis ad Orcbum uisendum, lustrandumque fidos socios armasset, animassetque? Quis carmen canere docuisse? Quis turbatum, indigestumque uultum illius prioris orbis ad formā utilem compostam, ornatāmque redegisset? Solus iste, cui omnia debent. Quicquid ex cogitari dici, aut scribi potest, amore sensit. Et tu nimium audax, quō te perpetuo moerore conficeres, urbe expulisti. G R AE. Intimus timor ita spem ademit, ut nunquam deos ignotus putem. Et quotiens acerba memoria mea Glycerij occurrit, ita me dies, & noctes agitat, cruciatque, ut si celesti munere daretur, nil aliud quam opere, mihi exoptarem. Sed postquam fato id datum est, interiora uultures exedant, nec poena deficiat, quo ad misertus Charon me miserum, in felicemque, quō libuerit, traiiciat. L A. Mi hōppes si tibi ipsi non defueris, haud diuinam mansueritudinem minime defuturam arbitror. Enim uero uiro prouido deus bonus est rector: in sapientia libido, desperatio, & ruina. Si fieri potest tui compos factus ægro animo solatia perquire. Cogor et ipse in curas tuas: et nisi scirem nimium audax uideri, et esse cōsiliū meum, de prouocatione ad cœlites cogitandum ducerem. G R AE. Heus amice ex flamma in ignem me ire sentio. Sensere et cœlicole hunc cupidineum furorem. Nam sub indice suspecto certandum nobis esset.

Noli

DE CRVCIATV ET EXILIO

Noli afflito, et nimium egeni labore addere. Sat,
sat in tuta solitudine poenas posse lucre. Nam uivens
omnis Cupidinis preda est; et nisi equus o pitularetur
deus, haud in tam immortali bello subsisteret morta-
lis. Coelum, terra, et mare, huius belli plena sunt; sera
parum prudentia iuuat. Discat meo exemplo postea-
ritus, huc immortalcm deum Cupidinem uenera-
ri; suaque, et aliena cautiis, et sapientius ne-
gociari. Hinc Latine amice, saluus, felix,
sospes abi. L A. Tu quoq; mi Græ-
cule uale, et quantum potes
plaude, bona for-
tuna comite.

FINIS

